ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 65r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ergo uigilandum nob est. & sollicite agendu.
Quia aduersarius nt sicut leo rugiens circuit
quaerens quē trans uoret. Cui nisi restiterimus
fortes in fide. rursum nos in captiuitatem
reuocabit. Quod si nob eueniat. in gratu faci
emus opus eius. qui cruci suae ad fixit princi
patus & potestates. cum fiducia triumphans
eos in semet ipso. & qui uenit dimittere capti
uos in remissionē. quin potius fidē xpi se
quentes qui triumphauit eos. Disrumpamus
uincula eorū. quibus nos deuinxerant po
testati suae. uincula uero quib. nos con
stringunt. passiones & uitia nostra s. quibus
tamdiu innectimur. donec carnem nrm
crucifigamus cum uitiis & concupiscentiis.
& ita demum disrūpamus uincula eorū.
& proiciamus a nob iugū ipsorū. Igit occu
pauit semen abrahae ciuitates aduersarioz
idest semen uerbi. quod est p dicatio euan
gelii. & fides xpi. Sed dico. numquid iniqui
tatem usus est dnr. ut eriperet gentes de potestate
aduersariorū. & ad fidem suā ditionēq. reuo
caret. nequaquam. Erat enim aliquando
pars dni isrl. sed illi peccare fecer isrl ad o suo.